

Georg Radow

**Programma. Quo Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D.
ac Prof. Publ. Ad Gloriosissimum Jesu Christi Resurgentis Triumphum, devota
mente recolendum, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos pie, seduloq[ue]
invitat & exhortatur : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus ... XXIII. April. Anno
M. DC. LXXI.]**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735976341>

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1671a
Georg Radoviūs
Progr. Paschale



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735976341/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735976341/phys_0002)



PROGRAMMA.

5
127

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
GEORGIIUS RA-
DOVIUS,
J. U. D. & Prof. Publ.
AD
GLORIOSISSIMUM
JESU CHRI-
STI

RESURGENTIS TRI-

UMPHUM,

devota mente recolendum,

Omnes omnium Ordinum Cives
Academicos

piè, seduloq; invitat & exhortatur

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

251



E Alexandro Macedone Plutarchus memoriaz prodidit, quod gravi aliquando tristitiæ immersus, nulla alia re ad lætitiam hilaritatemque permoveri potuerit, quam unico militis cuiusdam nuncio : *resurrexit Homerus !* Insignis certe, ac mirabilis diversissimorum affectuum, ob rationem præsertim levem atque vanam, mutatio. Quodnam igitur nobis, veri DEI cultoribus, quorum animos gravior non minus, quam justior, ob acerbam Servatoris nostri mortem, mœstitia vehementer defixit, lætius magisque gratum afferri potuit nuncium, quam quod in templis nostris ubique personat, vereque salutare illud : **SURREXIT CHRISTUS HODIE !** Scilicet hunc sponsum nostrum, qui innumeros meritorum cumulis nostrum in se provocaverat affectum, paulo ante vidimus ludibrio ac cruciatibus miserorum mortalium expositum ; vidimus mœstissimas

mas ac sanguineo imbre madentes ipsius genas; vidi-
mus venerabile caput colaphis, sputo, corona aculeatis
spinis contexta, fœdum laceratumq; ; vidimus tandem
immeritam indigno suppicio mortem oppetere; imo
(quis furor scelerum) in ipsum corpus jam extinctum
impias manus inferri. Pro quibus, pro peccatis no-
stris, sponte suscepis doloribus atque cruciatibus, quis
pro dignitate ingemiscat? Ingemuimus tamen, & la-
crys ac desiderio omnem implevimus dolorem, ne
stellæ, terræ, templum, & ipsi mortui magis, tanti
facinoris sensu, quam nos tangi viderentur. Et hoc
tum decuit. Jam vero, ubi gratior nobis aura afful-
get, ipseque Angelus nunciat: RESURREXISSE
CHRISTUM, superfundenti se letitiæ vix tempera-
tur, & immensum atque ineffabile, tristibus paulo
ante mentibus, sele merito insinuat gaudium. Et
quare non lætaretur, qui salubertim hujus resurre-
ctionis fructum altius ad animum revocat. Per lu-
etuosissimam enim illam Salvatoris nostri mortem nos
quoque æternæ morti traditi videbamur, & cum se-
pulto Christo spes etiam nostra erat sepulta, nec um-
bra tum potentiaz in ipso apparebat. At ille, pōst-
quam Paternæ voluntati suoque propensiō, in nos,
amori satisfecisset, caput extulit in immensa gloria, de-
victisque atq; captis suis pariter, atq; nostris hostibus,
triumphum egit, qui omnium triumphorum magnifi-
centiam longissime superat atq; supergreditur.

Quid

Quid enim veterū Romanorum aliorumq; populorum
triumphalis gloria ad hodierni diei festivitatem? Illi
hominum aliquot millia trucidarunt, munimenta
manu facta expugnaverunt, imbellis hostes ante
currum duxerunt; idque non unius, sed multorum
millium opus erat atque factum, multorum mil-
lium morte redemptum. Ast Triumphator noster
gloriosissimus, solus pugnam iniit cum peccato, mor-
te, inferno, & ipso hujus mundi Principe; quot, quan-
tisque hostibus! eosq; cum jam videretur succubuisse,
divina omnino potentia repressit, subegit, conculca-
vit, nobisque ludibrio exposuit, ut jam oyantes gau-
dio exclamare secure possumus: *Ubi nunc est stimulus
tuus, O Mors? ab sorpta est mors in victoriam;* DEO
sit gratia, qui nobis dat victoriam per Dominum nostrum
JESUM CHRISTUM. O lata dies nobis,
queis ereptam ab inimicis nostris salutem reddidit!
O deploranda dies inimicis nostris, quæ omnem-
nocendi vim ipsis ademit! O gloria dies, quæ di-
vinæ gloriæ luculentum exhibit testimonium! Vicit
enim Leo de Tribu Juda, nec mors ei amplius domi-
nabitur. Vicit ex virtute propria, quia summus
est DEUS; & resuscitationis suæ verus ac proprius
author fuit, quia arctissima illa divinitatis humanita-
risque unio talem potentiam demonstrat: quam eti-
negent, qui personalis unionis mysterium evertunt,
nos tamen venerabundi agnoscimus, & hanc ejus vi-
ctoriam nobis quasi vindicamus, sive rectius, appli-
camus,

camus, memores, quod omnia nostri gratia egerit,
perfeceritque Salvator noster. Traditus enim est pro-
pter delicta nostra, Et resurrexit propter justificationem
nostram. Unde praecclare Augustinus: Resurrectio
CHRISTI spes mea est. Meum est quod passus est; me-
um est quod resurrexit. Nimirum, Si **CHRISTUS**
non resurrexit, inanis est fides nostra, Et adhuc sumus in
peccatis nostris; Quia vero ille suscitatus est, sicut in
Adamo omnes morimur; ita in **CHRISTO** omnes vivi-
ficabimur. Evidem non capit hoc humana ratio;
sed oculis tamen fidei apprehendi potest; quamvis
& hi in multis mirum in modum caligent. Ita nam-
que Thomas noluit credere, nisi videat in manibus
ejus vestigium clavorum, & mittat digitos suos in ve-
stigium clavorum & manum in latus ejus; quam in-
credulitatis crassitatem tamen venia dignam judicavit
mitissimus Jesus, ipsique transfixas manus, latus trans-
fossum, & totum corpus contrectandum humanissi-
me praebuit. At nimis impie & sceleratè milites, se-
pulchri custodes, magisque nequiter illi, qui hos cor-
rupere, ut dicerent, non resurrexisse **JESUM**, sed
ablatum esse a suis discipulis: quo mendacio, tantum
absuit ut suppressa fuerit resurrectionis ejus veritas,
ut potius magis magisque effulserit. Inde mirum
non est, eos, qui ipsius capitatis resurrectionem vel o-
re, vel etiam facto atque incredulitate negant, mem-
brorum quoque resurrectionem haud credere ac ad-
mittere

mittere; quorum, proh dolor! haud exiguis datur
numeris, ad quem referri merentur & illi, qui non
nisi ex novo DEI omnipotenis favore mortalium
quemquam resurrecturum, sed omnes non morituros
saltim, verum etiam in ipsa morte necessario mansuros
esse propterea contendunt, quod is neque necessario,
neque vere moriatur, qui aliquando in vitam revo-
candus est. Verum enim vero, qui pudendo talia
ore evomunt, & inconsiderata mente vel cogitant sal-
tem, illi in luce clarissima profecto cœcutiunt, nec vi-
dant, quām in solatium nostri omnis Natura resurre-
ctionem meditetur. Hanc sane considerationem pul-
chre nobis ob oculos ponit Augustinus, inquiens: *To-*
ta hujus mundi administratio testimonium est resurrectio-
nis futura. Videmus certe hyemis tempore vel adventu
arbores spoliari pomis, nudari foliis; Sed eas etiam verno
tempore speciem resurrectionis exprimere: quæ primo qui-
dem incipiunt turgere in gemmis, tunc ornari in floribus,
Et vestiri foliis, Et postmodum pomis gravari. Inter-
rogote, infidelis homo, qui de resurrectione dubitas, ubi sunt
ista, quæ tempore, quo DEUS disposuit, producuntur? quæ
nusquam quidem videntur, sed tamen DEUS, qui omni-
potens est, Ea ex nihilo condidit, secreta sua virtute
producit. Hinc jam ad campos Et prata respicite, quæ a-
estate transacta herbis suis spoliantur ac floribus, Et nuda
remanent ipsa spatia terrarum; sed iterum verno tempore
revestiuntur, Et novo ubique, germine incipiente latatur agri-
cola.

cola. Certe herba, qua ante vixit \mathfrak{C} moritur, rursus revivisit ex semine, sic etiam corpus nostrum reviviscit ex pulvere. Sed hæ rationes convincant infideles, quibus cum **CHRIS** I O salvatore nostro nihil est commune. Nobis unica vox, vere salutaris, à fulgidissimo Dominicæ resurrectionis præcone, Angelo emissa: **SURREXIT**, sufficere potest atq; debet. Unde eleganter Augustinus: *Quia resurrexit caput vestrum, hoc sperate membra, quod credidistis in capite. Agite ergo Civis optimi, tam ingenti spe vos exhibete dignos. Celebrate festum, non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ & verlutiae, sed in panibus fermento carentibus, h. e. sinceritate & fide.* Non resurgemus, inquit Apostolus, ad vitam, si non commorimur; non glorificabimur, si non compatimur, non conregnabimus, si non simul sustinemus. Quam vellem, ut transactis hisce feriis dici possit, quod quondam Sacerdix dixit Historicus: *Præcepit, inquit, Josias omni populo; facite Pascha Domino DEO vestro; nec factum est Paschatale à diebus Iudicum \mathfrak{C} omnium dierum Regum Israel \mathfrak{C} Regum Iuda.* Adspiret vobis gratiam, quis surrexit hodiè, mortis & Diaboli victor & triumphator gloriissimus, Dominus ac Salvator noster benedictus in seculorum secula!

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus, ipso Paschali die, qui est XXIII. April. ANNO.

M. DC. LXXI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735976341/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735976341/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735976341/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735976341/phys_0012)

DFG

mittere; quorum, proh dolor! numerus, ad quem referri meritis ex novo DEI omnipotentis quemquam resurreeturum, sed o saltim, verum etiam in ipsa morte esse propterea contendunt, quo neque vere moriatur, qui aliqua candus est. Verum enim vero ore evomunt, & inconsiderata mente, illi in luce clarissima profecti, quam in solatium nostri operationem meditetur. Hanc sane cibre nobis ob oculos ponit Augusta hujus mundi administratio testimoniis futura. Videmus certe hyemis arbores spoliari pomis, nudari foliis tempore speciem resurrectionis exprimendam incipiunt turgere in gemmis, tunc vestiri foliis, & postmodum prorogate, infidelis homo, qui de resurrectione, qua tempore, quo DEUS disposuitusquam quidem videntur, sed tam potens est, & ea ex nihilo condidit, producit. Hinc jam ad campos & plate transacta herbis suis spoliantur remanent ipsa spatia terrarum; sed iterum revestiuntur, & novo ubique germine i-




Image Engineering Scan Reference Chart TE623 Serial No. 076
Patch Reference numbers on UUT

the scale towards document

guus datur, qui non mortalium morituros mansuros necessario, tam revolendo talia cogitant saltant, nec via resurrectionem puluiens: Torem resurrectionis adventu iam verno primo qui in floribus, i. Interis, ubi sunt virtute, que qui omnivirtute, que & nuda o tempore satur agricola.